



uultur, uris. *subs. m. epicoenus* Ps PHOC nom 38. hic uultur generis masculini et epicoeni declinationis tertiae. PRISC Gramm 155. in ur, si sint ... appellatiua auium ... uel f ante ur habitantia, masculina sunt: turtur, uultur; *sin embargo, es f en* ISID Orig 12.7.12. *et passim.* **FORMA de declinatione ambigitur:** *nom. sing.* uolturus^{x1 Ennio}, uulturius^{x3} SERV Aen 6.595. sane in usu est 'uultur', licet Cicero 'uulturius' dixerit, quod quidem potest esse et deriuatiuum: Ennius "uulturus in campo miserum mandebat homonem". PRISC Gramm 207. et uultur et uulturus et uulturius dicitur. GLOSS 2.597.41. uulturius uultur.; *acc. sing.* uulturium^{x5}, *acc. pl.* uultorios^{x11}, *omnibus temporibus;* *uoc. sing.* uolturi^{x1 Plaut}, *dat. sing.* uulturio^{x3 Plaut-Apul}, *nom. pl.* uulturii^{x3 Plaut-Apul}, *dat. abl. pl.* uulturiis^{x4 Apul-Arrob}; *harum formularum quaedam a grammaticis increpitate sunt, quibus gen. uulturis optima uidetur* PROB Inst gramm 124. quaecumque nomina nominatiuo casu numeri singularis ur litteris definiuntur, haec genetiuo casu numeri singularis s non i littera definiuntur; et ideo uultur huius uulturis, non uulturi faceri demonstratur. PRISC Gramm 237. in ur, cuiuscumque sint generis, accepta is faciunt genetium, ut hic uultur uulturis, turtur turturis. *stirps uolt-^{x29} ab initiis inuenitur usque ad Antiquitatis finem, uultur- primum a Lucretio apparet.* **ETYM incerta;** **1** *etymologia antiqua et uulgaris ad uolatus tarditatem refert* ^{ANDRÉ OIS} ISID Orig 12.7.12. uultur a uolatu tardo nominata putatur. **2** *nisi a uellere 'dilanire' prouenit > uultur 'auis dilanians', a **UELH-TOR- *proueniens, per -ur- compositum, cum turtur fortasse coniunctum* (F. M. Muller (1926): *Altitalisches Wörterbuch*, págs. 530), cui DEVAAN non assentitur. **3** *seu a Tuscis commodatum fuit, ad deum Vel referrens, quasi 'dei Vel auis', quod Volturnus (deus) ab eo deriuatum confirmaret* ^{EM}. **4** *seu ad nomina Tuscorum et mediterraneorum montium, quales Velia, Velitrae, Velinus, Volaterrae et alii, Romani, uulturius priscorum eorum plagas non habitantibus, hoc uocabulum accipientes* ^{ANDRÉ OIS}. **DLAT** subuolturius, Volturcius, uulturius, Vulturius. A ualturn- et ab adi. uolturnus¹ *prouenire* Vultur 'Apuliae mons' ueri simile est; item Vulturnum urbs et Volturnus fluuius, qui omnes ad meridiem agri Latini erant, Romanis meridies significabatur, unde Vulturnus uentus flabat. De deo Vulturno ambigitur, uocabulo Etrusco cum deo fluuiali fortasse confligente. **DRom** VULTUR > cast. buitire, port. abutre, rum. vultúr; *VULTORE > cat. voltor, fr. vautour, it. avvoltore; VULTURIUS > it. avvoltoio, rum. vultúr. [**FREQ media** **169** ^{indicia} **10** ^{/d.c.m.} **254-184** PLAUT] uocabulum amplum, scriptis litterariis omne genus, praecipue pro rata parte satiricis, dramaticis lyricisque, aptum; et prosa et uersu, omnibus uisibus praecipue quotidianis doctisque; et technicis ad medicinam historiamque naturalem pertinentibus inuenitur; inde ab initiis apparet usque in finem Antiquitatis.

VARIATIO		indicia	p/ ^{d.c.m.} subc.
OPERUM	argumentalis	40	5,5
	dramatica	11	25
	exponens	54	18
	lyrica	6	21
	narratiua	48	8,9
	satirica	8	42

DIACHRONICA	III-II aec.	11	27
	I aec.	14	5
	I-II ec.	55	14
	III-V ec.	87	9,2

DIAPHASICA	docta	27	13
	media	127	9,2
	quotidiana	13	22

DIASTRATICA	litteraria	119	8,7
	technica	48	17

MODUS	prosa	118	8,1
	uersu	49	25

¶ **a** *auis rapax cadauerum edax* • *buitre negro, ave rapaz y carroñera* [**HYPER** *auis rapax* DOM cadauer, canis] 239-169 ENN Ann 2.125. uolturus in spineto miserum mandebat homonem. 29-9 Liv 4.21.6. cadauera intacta a canibus a cadaueribus tabes absumebant. 8-9 Ov Ib 169. Unguibus et rostro crudus trahet ilia cadaueris uultur et scindent auidi perfinda corda canes. 125 APUL Met 6.32. patibuli cruciatum, cum canes et uultures intima protrahent uiscera. 330 ARNOB 2.41.1. animalium miserorum discernerent uiscera, alias aliae raperent, ut canibus mos est et uulturiis. 405 PRUD Perist 10.807. Citius cadauer dentibus carpunt canes longeque morsus uulturum efficacior ad deuorandas carnis offas mortuae. ☞ Ps DOSITH Mon 187b. gips uultur. Ps DOSITH Vat 435. γῶψ, uultur.

(Aegypus monachus) cuius unum genus nigrum siue atrum certe fuit • *de él se conocía como subspecie el buitre negro, calificado como niger o ater* 79 PLIN Nat 10.19. uulturum praeualent nigri. 29.77. 201 SER 56.7. fel uulturis atri. (Gyps fulvus ^{ANDRÉ OIS}) quamuis non dicitur, uultur ad oripelargum seu percnopterum certe referret; quare uulturis hoc genus ut aquila Romanis uisum est • *aunque no es mencionado, seguramente uultur sería el nombre del buitre leonado, denominado más específicamente oripelargus o bien percnopterus: ello hace pensar que los romanos quizás consideraban este tipo de buitre como perteneciente a las águilas* ☞ PLIN Nat 10.8. percnopterus, eadem oripelargus, uulturina specie.

scilicet diffidenter • *dentro de una gran imprecisión* 300-400 EPIST Alex 201. nocticoraces ... uulturius similes ... colore fuluo.

b *inde ab initiis ut conuicium eo usum est ad hominem uafurum harpagemque furta perclitantes* • *ya desde un principio fue utilizado como insulto, aplicándose a la persona aprovechada y rapaz, que acecha el momento apropiado para su robo* [**HYPER** contumelia SIM acceptor⁶², polypus⁷] 254-184 PLAUT Capt 844. H. Ignem ingentem? E. Ita dico, magnus ut sit. H. Quid? me, uolturi, tuan causa aedis incensurum censes? 200 PLAUT Trin 101. te uocant ciues tui; tum autem sint alii, qui te uolturium uocant: hostisne an ciuis comedis, parui pendere. 63-65 SEN Epist 95.43. Amico aliquis aegro adsidet: probamus. At hoc hereditatis causa facit: uultur est, cadauer expectat. quare magistratus rapaces sic nominati sunt • *la rapacidad de los magistrados provocó que fueran así llamados* 56 CIC Sest 71. exierunt malis ominibus atque exsecrationibus duo uulturii paludati. 125 APUL Met 10.33. Quid ergo miramini, uilissima capita, immo forensia pecora, immo uero togati uulturii, si totis nunc iudices sententias suas pretio nundinantur.

immo ad hominem qui aliorum miseria fruebatur attinuit • *por ello, se aplicó a la 'persona que se ceba en la desgracia de otro'* ^{OIE}, 55 CIC Pis 38. Appellatus est hic uolturius illius prouinciae.

uel qui mortem senis, liberis carentis, anhelabat • *o esperaba anhelante la muerte de viejo sin descendencia* 65-54 CATULL 68b.124. nepos impia derisi gentilis gaudia tollens, suscitat a cano uolturium capiti.

in pessimum receptum est, quasi foetidum animal • *se tiñó con los peores colores, recibiendo apelativos despreciativos y propios de un ser repugnante* 5 GRAT 75. immundo ... uulture. 79. uulture dirus ab atro turbat odor siluas. 63-65 SEN Epist 108.22. Si uera sunt ista, abstinuisset animalibus innocentia est; si falsa, frugalitas est. Quod istic credulitatis tuae damnum est? alimenta tibi leonum et uulturum eripio.

c *tessera improba* • *mala jugada en los dados* [REL ⁷tessera^a SIM canicula^c, canis⁷] 201 PLAUT Curc 357. iacit uoltorios quattuor. talos arripio, inuoco aliam meam nutricem Herculem, iacto basilicum. ☞ FRG Bob Nom 63. tesserarum apud antiquos erant uaria nomina, uulturis, caniculi, Veneris.

d *eius praesens uolatus augurium aut bonum aut dirum proferebat, portenta saepe nuntians* • *su voladora presencia constituía un augurio, tanto bueno como malo y anunciador habitualmente de un portento* [**HYPER** ales auguralis] 200 PLAUT Truc 337. quasi uulturii triduo prius praediuiant, quod aies esuri sient. 29-9 Liv 27.11.4. Priueneri satis constabat bouem locutum uolturiumque frequenti foro in tabernam deuolasse. 27.23.3. Ostiae murum portamque de caelo tactam, Caere uolturium uolasse in aedem Iouis. 41.21.7. satis ... constabat nec illo nec priore anno in tanta strage boum hominumque uolturium usquam uisum. 92 SIL 3.343. caelo credunt superisque referri, impastus carpat si membra iacentia uultur. 378-380 AMBR Hex 5.23.0. De praesentia uulturum. 5.23.81. tu autem responde mihi, unde uultures mortem hominum signis quibusdam annuntiare consueuerint. ☞ LACT Theb 3.508. uultur ... solet bona omnia augurantibus facere.

inter ea, quasi deorum secunda uoluntas, illi vi uultures a Remo uisi saepe memorati sunt, contra xii eos qui Romulo oblati sunt • *fue especialmente repetido, y reutilizado como favor especial de los dioses, el augurio de los seis buitres que se presentaron a Remo, frente a los doce de que disfrutó Rómulo* [DOM sex] 29-9 Liv 1.7.1. Priori Remo augurium uenisse fertur, sex uultures. 62-65 LUCAN 7.437. uolturis ut primum laeum fundata uolatu Romulus infami conpleuit moenia luco. 117-180 FLOR Epit 1.1. Remus montem Auentinum, hic Palatinum occupat. Prior ille sex uultures, hic postea, sed duodecim uidit. 121 SUET Aug 95.1. Primo autem consulatu et augurium capienti duodecim se uultures ut Romulo ostenderunt. 360 PS AUR VICT Orig 23.2. Cumque auspica-ret Romulus in Palatio, Remus in Auentino, sex uolturios pariter uolantes a sinistra Remo prius uisos. 405 PRUD Perist 10.612. Antiquitatem Romuli et Mauortiam lupam renarras primum et omen uulturum. ☞ SERV Aen 1.273. captatis auguriis urbem conderunt. sed Remus prior sex uultures uidit, Romus postea duodecim: quae res bellum creauit.

numerus xii uolturium ad totidem prosperitatis saecula, seu Romanorum imperii, rettulit, uulture c annos uiuente • *el número de doce buitres fue luego identificada con doce siglos de prosperidad o permanencia para el pueblo romano, pues se decía que el buitre vivía hasta cien años* 238 CENS 17.15. traderent historici de Romuli uulture condendae auguriis ac xii uulturis, quoniam cxx annos incolumis praeterisset populus Romanus, ad mille et ducentos peruenturum. 394-404 CLAUD Get 266. Tunc reputant annos inter-ceptoque uultur uulturis incidunt properatis saecula metis. 400 EUSTATH Basi 8.6. uultures ... cum sint longaeui. Nam uitam eorum centum annos uultures affirmat. ☞ ISID Orig 12.7.12. Uulturum natos ... paene usque ad centum annos procedere.

quare prodigia nuntiabat, praecipue mirabilia et minantia • *fue por tanto ave prodigiosa, anunciadora de hechos insólitos o amenazadores* [DOM dirus] 25 Ov Am 1.12.20. illa dedit turpes raucis bubonibus umbras, uultur in ramis et strigis uox tulit. 92 SIL 13.597. Cocyto dirae uolucres pastusque cadauere uultur. 350 OBSEQ 43. Fulminis ictu uultures super turrem examinati. 348-405 PRUD C Symm 2.1.396. cum uulturius uolitans ignota per auras umbra.

e *plumarum color, nisi percnopteris sui oripelargi fuluum colorem foueas, niger Romanis certe fuit* • *en el imaginario romano, el color de su plumaje, barajando que quizás no incorporaran entre estos al buitre leonado, era típicamente negro* 284 NEMES Cyn 312. Dat tibi colores pinnaum terrentia milia uultur.

nigro colore ad mala referente, uulture usum est ad mala bonis comparanda, scilicet iis ad columbam referentibus • *identificado el color negro con un espíritu oscuro, fue utilizado para comparar lo malo con lo bueno, este último representado por la paloma* 365 OPTAT 2.18.14. Quantum uult consumat edacitas uulturum, tamen maior est numerus columbarum.

auis satis magna erat • *era ave de buen tamaño* ☞ ISID Orig 12.7.12. Vultur ... magnitudine quippe corporis praepetes volatus non habet.

nocticoraci similis • *parecida al nycticorax* 300-400 EPIST Alex 201. nocticoraces uenere aues uulturius similes, corporum immanitate superabant, colore fuluo, rostro pedibusque nigris.

uncis unguibus praedita • *dotada de garras* 353-431 PAUL NOL Epist 19.4. uncis unguibus uulturem ... referens.

et rostro • *y pico* 80 VAL FL 7.359. uiscere uultur adeso tollitur e scopulis et rostro irrorat aperto.

auis edax uidebatur, cuius praesentia abundante cadauerum copia nuntiabat • *era vista como ave voraz, y su presencia abundante fue señal de grandes mortandades bélicas* [DOM edax] 25 Ov Am 2.6.33. edax uultur. 62-65 LUCAN 7.834. numquam tanto se uol-ture caelum induit aut plures passerunt aera pinnae. 350 OBSEQ 70. uulturum et aliarum alitum quibus strages cadererum pabulo est.

odorandi sagacitatem praebat • *tenía buen olfato* 70 LUCR 4.680. longe ducuntur odore uolturii ... cadaueribus. 79 PLIN Nat 10.191. uultures sagacius odorantur. 125 APUL Adu 57. uultur idem sagacitate odorandi canes et uolturios. ☞ ISID Orig 12.7.12. Vultures autem, sicut et aquilae, etiam ultra maria cadauera sentiunt.

et optimos uisus • *y vista excelente* 412-427 AUG Ciu 8.15.2. Quis hominum uidendo aequabitur aquilis et uulturius? 390-406 VULG Iob 28.7. semitam ignorauit auis nec intuitus est oculus uulturis.

eius uolatus altus et uigilans, siue tardus erat siue uidebatur, sine insectationis studio • *su vuelo, alto y vigilante, era o parecía ser lento, sin afán de persecución* [DOM tardus] 201 SER 45.25. Si iecur exsectum tardo de uulture portes. 400 EUSTATH Basi 8.6. altius uolitant ... uultures, ☞ ISID Orig 12.7.12. Vultures ... uolantes multa, quae montium obscuritate celantur, ex alto illae conspiciunt. 27.12. uultur a uolatu tardo nominata putatur.

et eius uolatus a saxis lapsus inibatur, quippe qui magnum pondus haberet, quamuis ea ratio falsa erat • *se decía que el vuelo lo iniciaba siempre dejándose caer desde altas rocas, debido a su tamaño, lo cual contradice la realidad* 79 PLIN Nat 10.113. uultur et fere grauiores nisi ex procursu aut altiore cumulo immisssae non euolant.

de sexu et generatione, omnes uultures feminas esse constabat, ipsis per se siscut gallinis procreantibus • *acerca de su sexo y generación, estaba aceptado que no había machos entre ellas, pues procreaban por sí mismas, como las gallinas* 208-212 TERT Adu Val 10.1. gallina sortita est de suo parere, sed et uultures feminas tantum aiunt. 390 AMM 17.4.12. Aegyptii per uulturem naturae uocabulum pandunt, quia mares nullus posse inter has alites inueniri rationes memorant physicae. 400 EUSTATH Basi 8.6. Aliae sane earum quae altius uolitant steriles omnino sunt, sicut uultures, quos asserunt sine coitu generare. ☞ ISID Orig 12.7.12. Uulturum quasdam dicunt concubitu non misceri, et sine copula concipere et generare.

cum uoces edebat, pulpat • *su gritar se denominaba pulpare*. 121 SUET Prata 161. uulturum pulpare. ☞ ANTH 762.27. uultur pulpare probatur.

per unguentum necari poterant, quia notitia stupemus • *se les podía matar mediante un ungüento, lo cual es una noticia sorprendente* 79 PLIN Nat 11.279. uultures necantur unguento – qui fugat alios appetunt odorem.

et adynata seu impossibilibus inuocatum est • *fue mencionada en adynata o impossi-bilia* 394-404 CLAUD In Eutr 1.352. «iam testudo uolat, profert iam cornua uultur.»

f *hominibus bonum id erat, quod serpentes fugaret* • *entre sus beneficios para los huma-nos, ahuyentaba las serpientes* [DOM serpens] 79 PLIN Nat 29.77. E uolucris in auxilio contra serpentes primus uultur est, adnotatumque minus uirum esse nigris. 201 SER 45.35. quibus arcetur taeterrima serpens? Aut styracem torres set diri uulturis alar. 300-350 PLIN Med 3.37.5. habentem secum cor uulturis nec serpentes nec fer-rae appetunt. 370 PLAC Med De uulture.1. uulturis pennas si uras, fugabis omnes serpentes.

seu uenena infirmabat, seu inter fures et malignas umbras ambulantem ire permittebat • *o neutralizaba el efecto de un veneno, o con su ayuda se pasaba desapercibido ante los bandidos o los espectros que acechaban al caminante* 370 PLAC Med De uulture.6. Cor ipsius uulturis si in pelle lupina circa brachium habeas, nullum medicamentum nocere tibi poterit nec serpens nec latro nec ulla malitia, nec quidem fantasma sentiet, per eremum iter qui facit.

magiae sympathia adiuvante, eius plumae halitum acidum faciebant • *en consonancia con los principios de la magia simpática, sus plumas producían efectos repugnantes en el ser humano* 79 PLIN Nat 30.27. pinna uulturis si scalpantur dentes, acidum halitum faciunt.

g MIT conspicuus uultur ille fuit cui iecinora uorare prouincia fuit, scilicet heroum deos prouocant • *fue famoso el buitre al que se encomendó devorar a los dioses* 63-65 SEN Her O 947. effodiat audius hinc et hinc uultur fibras. 100-128 IUV 13.51. nec rota nec Furiae nec saxum aut uolturis atri poena.

inter quos Tityos fuit • *entre ellos, Ticio* 29-19 VERG Aen 6.597. cernere erat ... rostro ... immanis uultur obunco immortalie iecur Tityi tendens fecundaque poenis uiscera rimaturque epulis. 63-65 SEN Phaedr 1233. uultur relicto transuolet Tityo ferus meumque poenae semper accrescat iecur. ☞ LACT Theb 1.570. Tityon ... quia Tatonae uoluit uim inferre, eius pectus lacerat uultur. SERV Aen 6.595. Tityos dam-natus hac lege apud inferos, ut eius iecur uultur exedat.

et Prometheus • *y Prometeo* 80 VALE FL 4.69. e scopulis iouea inter pabula diri uulturis Prometheus etiam gemitu maestae fatigat uoce Iouem. ☞ PHILARG Verg Ecl 6.42. Caucasias ... mons Armeniae uel Scythiae, in quo Prometheo adligato iecur uultur exedit. SCHOL Bern Ecl 5.42. Prometheum Caucasio monte Scythiae, catenis re-ligasse et aequilam siue uulturem ei adposuisse ut iecur eius exederet.